



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Personalis, an sit licitus? parag. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

Personalis, an sit licitus?

1. Dico Primò, hunc esse iustum, ac licitum ex natura sua, quia à veritate aberrat id, quod aliqui cum Navarro dicunt, hunc contractum non esse, nisi mutuum cum lucro, atque adeò esse meram usuram: aberrat, inquam, à veritate, nam contractus hic est emptio fructuum, seu lucri, quod homo opera sua acquirere potest. Sicut ergo omnes concedimus, Censum Realem esse licitum, quia per illum emitur Jus ad percipiendos fructus agri, domus, piscinæ, &c. ita concedere debemus, esse licitum, emere Jus ad fructus, quos homo sua arte, & opere facere potest.

2. Sed advertite Primò, quod licuti Venditor tunc debet hos efficere, ne fraudet Emptorem, ex quibus solvere possit pensionem, sic Emptor debet, in emendo ejusmodi Censum, cognoscere, talem personam esse idoneam, ad luerandam illam pensionem quam Venditor vendit: luerandam, inquam, sua, id est Venditoris industria, artificio, officio, &c. secus nihil emeret, unde pensionem injustè fumeret.

3. Objicies cum Navarro. Martinus V. & Callistus III. in suis Bullis paulò post referendis, solum dixerunt, Census Reales esse licitos, ergo Personales reprobarunt. Respondet, dictos Pontifices non negasse, Census Personales esse licitos, sed solum declarasse Census Reales licitos esse, de quibus interrogati fuerunt, ut loc. cit. notat Valen. Quare nihil contra nos.

4. Dico tamen Secundò, Census hos Personalis propter fraudis, & usuræ timorem, esse Jure Pontificio prohibitos, nam propterea addidimus in præcedenti conclusione illud (ex natura sua.) Hæc conclusio patebit ex dicendis, quia Pontifices semper requirunt Census debere constitui in re immobili. Quoniam ergo prohibitio fundatur in præsumptione fraudis, & usuræ, si hæc verè, omnibus consideratis absunt, licitus erit in foro conscientie contractus, si cætera adsint: nam in foro fori Judices debent judicare juxta prædictum Jus Pontificium.

An licitus sit Vitalitius?

1. Censum Vitalitium, de quo hic dubitatur, & disputari solet, celebratur Primò, in hunc modum: *Do tibi centum aureos, quos à te nunquam auferam, eo tamen pacto, ut tu, donec ego vixerò, vel donec vixerit meus filius, vel nepos, si nascentur, (quamvis nondum sint nati) vel donec vixerit Petrus, vel Paulus, vel uterque, Tu inquam, des mihi quinque pro singulis annis & hic vocatur Censum Vitalitium Personalis.*

2. Celebratur Secundò, hoc alio modo: *Do tibi centum, quibus mihi vendis tui ad fructus tui prædii, donec vixeris, dando mihi ex illis fructibus quinque v. gr. singulis annis tua vite, vel alterius, & hic appellatur Censum Vitalitium Realis.*

3. Dico jam Primo, hos contractus posse licito modo celebrari (semper præscindendo ab aliquo extrinseco inconvenienti, & supposito pretio justo, de quo mox infra) hoc est esse licitos hos contractus, non solum, quando Censum dictum constituitur supra rem realem verbi gratia Prædium, sed etiam, quando dumtaxat supra Personam, quantumvis hæc Persona nulla ratione ex sua arte, & industria sit fructifera. Ratio hujus dicti est, quia Justitia hujus contractus nequam innititur in eo, quod ematur Jus ad fructus, sed in contractu sortis, in quo specialiter contrahentes se exponunt periculo lucri, & damni, cum mors sit incerta. Si enim sic dicas: *Do tibi centum, quæ à te, vel à tuo nunquam sint auferenda, tu vero reddas mihi, vel meo heredi singulis annis, (tua vite durante) decem: nonne potest esse, ut æqualiter ego, vel tu, juxta longitudinem, & breviterem vitæ tuæ, lucrium vel jacturam faciamus.*

4. Dico Secundò, Censum eodem Vitalitios posse licite celebrari, etiam si post Bullam Pii V. Ratio est, quia Justitia hujus contractus, de quo agimus, non innititur, ut modo diximus, in emptione fructuum, vel alterius rei, sed in periculo æquali, estque contractus sortium. Hæc sententia est mihi b probabilior. (E. c. Molina d. fto Molina e dicat, id esse contra Bullam Pii V.) Pius enim non videtur prohibuisse ludum sortis, sed

a infra

a Ap
m
tr. 4.
n. 1.
b D.
d. 37
l. 1.b Quoniam
sequiturLep. 6. 31.
de con-
tract. em-
cl. 3.Roder. lib. 1.
summa c.

44.

c. Molina d.
389. in p.
sed